

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581CollectionMythologia, Francfort, 1581 - Livre XIItemMythologia, Francfort, 1581 - X \[142\] : De Nemesi](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [142] : De Nemesi

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[136\] : De Nemesi](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 19 : De Nemesi](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[142\] : De Nemesi](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[142\] : De Nemesi](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

petendam est à Diis, quia sepius perniciofa petuntur à precantibus. Temere nihil iudicandum monemur per hanc ipsam fabulam, quoniam vel temerarium, vel stultum, vel doloſum iudicium non patitur Deus diutius eſſe inultum.

De Narcifſo.

Vt autem temperantes, & prudentes & viri boni eſſemus, nullum eſſe facinoroſum hominem impune tradiderunt antiqui. nam tamenſi Deus aliquandiu differt vindictam, tamen multo grauiorem illam poſtea concitat, quod per Narcifſi fabulam explicatur. ſi quis enim nimis vel forma corporis, vel opum magnitudine, vel nobilitate generis, vel viribus gloriatur ac efferatur, neque cognoſcat ſe largiente Deo hæc omnia habere: ille ob ſuam imprudentiam hæc ſibi facit pernicioſa, non minus quam malè affectus agrotantis ſtomachus, cui vel optimi cibi ſunt noxi ob digerendi debilitatem.

De Belſidibus.

Ad educationem verò liberorum Belidum exemplum pertinet. nam neque parentes quidpiam liberis contra humanitatem, iusque naturæ, & Deorum religionē debent imperare; ne paterno conſilio improbi eſſe conueſcant: neque liberi crudelia & impia & inhumana patrum mandata exequi. Sin autem magis paterna, quam diuina reuerentia teneantur, Deum denique ſentient eſſe grauiſſimum impurorum & conſecratorum hominum vindicem. nemo eum malus eſt impune.

De Sphinge.

Quæ autem dicta ſunt de Sphinge, hortabantur vniquemque ad fortunam ſuam æquo animo ferendam, cum omnis humanæ vitæ ſtatus ſit inconstans, cum humanum ſit calamitatibus ſubiici, cum vel volenti, vel inuito fortunam ferre omnino neceſſe ſit. atque, vt ſummatim dicam, neceſſe eſt vnicuique vel ſuam ſapienter fortunam perferre, vel omnino, ſi quis illam ferendo vincere non poterit, ab illa denique ſuperari, & in extremas miſerias incidere.

De Nemeſi.

Enimuero cum vellent demonſtrare antiqui ſapientes, nihil Deo gratius eſſe, vel vitæ hominum vtilius, quam in vtraque fortuna animi moderationem, multas fabulas finxerunt, quibus ad miſerias & calamitates fortiter perferendas nos hortarentur. Sed quia nonnulli æquo animo aduerſa tuliffent, at fe-

licia & prospera ferre nescitent, Nemesein iustitiæ filiam introdixerunt grauissimam Deam, quæ de illis suppliciam sumeret, qui nimis elati aliquo felici rerum successu non mediocriter extollerentur, fierentque cæteris hominibus intolerabiles. Nam hanc Deorum iussu quam citissimè ad superborum pœnas conuolare sinxerunt.

De Mome.

Denique nemini esse grauius ferendum aiebant, si quis res illa quæ humaniter, quæ prudenter, quæ piè & secundum leges fecerimus, carpserit: quando neq; Deus quidem placet omnibus, cum neque ipse quidem Momi reprehensione carere poterit. Non esse curandum quid homines imprudentes de nobis loquantur, cum nobis multorum rectè factorum fuerimus conscij. Enimuero si quam vtilitatem studiosi homines ex hæcæ meis laboribus percipient, primùm gratias agere debent summo Deo nostro Iesu Christo, à quo omnia recta procedunt consilia, cuius ope & impulsu, ut arbitror, omnes propè antiquæ religionis fallacias & vana mysteria patefacti. Deinde gratias agere debent nonnullis viris illustribus, inter quos principem locum obtinet vir clarissimus & optimus Renaldus FERRERIUS, comitorum Parisiensium præses, omnibus egregiis animi dotibus ornatissimus: & Valerius Faenzus, Quæstor prauitatis hæreticæ apud Venetos prudentissimus: quorum autoritas plurimum me impulit, ut ista ipsa ederem ad omnium commoditatem, quæ mihi per vniuersum propè vitæ meæ cursum ad facilitatem meorum studiorum comparaueram. Fateor illud ingenuè, quòd nisi me tantorum virorum autoritas commouisset, nunquam eram ista in lucem emissurus: tum ut maleuolorum calumnias deuitarem, tum etiam ut meis his laboribus aliquid adiungerem. quid enim prohibet hæc fieri posse à me indies melioræ sed tantorum virorum voluntati non parere nefas putauit. plurimum igitur gaudeo me tantum opus ad bonorum gratiam absoluisse, in quo præsertim patefactum est, illa quæ fuerant ab antiquis sapientibus ad probitatem excogitata, non protsus abhorretere ab integritate & sanctitate Christianæ religionis. Nam facile est ex ipsa fabularum vniuersitate iudicare, diuinas leges, quæ sanctis illis patribus diuinitus traditæ sunt ante Christi aduentum, sub fabularum inuolucris ab antiquis Græcis fuisse occultatas. Quis enim